

Compendi-  
um aliud.

Vel demum, si prius cum tertio communem diuidentem admittunt, re-  
pone quotientes huiusmodi loco ipso-  
rum, medio non euariato, reliquam de-  
inde prosequens doctrinam Regulæ.  
Huiusmodi multa collegerit facile, qui  
in demonstrationibus Geometricis fu-  
erit mediocriter versatus, quæ verò di-  
scipulis sat esse putavi, non piguit ad-  
ñcere, per quæ & operari, & operatio-  
nem confectam examinare licet. Si  
enim per varias huiusmodi dictas vias,  
ad eundem attigeris scopum, rectè ope-  
rationem te instituisse audacter credas.

Examen si-  
ue proba.

## SECUNDA PARS.

### DE FRACTIONI-

bus siue minutijs.

**F**Ractiones, minutias aut partes, ap-  
pellamus numeros integræ rei par-  
tes significantes, vt  $\frac{1}{2}$  semissem signi-  
ficat,  $\frac{1}{4}$  quadrantem siue quartam par-  
tem,  $\frac{3}{4}$  dodrantem, aut tres quadrantes.  
Scribuntur duobus numeris, superio-  
rem